

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Philosophica De Expiatione Peccatorvm Qvantvm Ratio De Eadem Docet

Hagen, Gottlieb Friedrich

Halae Salicae, [1731?]

VD18 90813553

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198327



I. N. D.



Agni ponderis doctrina de modo, quo peccata possunt expiari, se sua sponte in duo potissimum capita dispescit, quorum alterum de peccatis agit, alterum autem de ipsa eorum expiatione.

§. I.

Antequam de peccatis fufius agatur, prius quid supponant erit explicandum, quod officia quaedam sunt, ex creatione orta. Stupendas perfectiones, quæ omnem longe superant cognitionem, mirabilis mundi conditor non possidet solum, verum etiam per tam diuersarum rerum admirandam productionem satis clare manifestauit, adeo, vt aeterna eius tum potentia tum diuinitas, ex iis quae fecit, facile cognoscatur, (a) (*per princip. Theol. nat.*) Vt

A)
PECCATI
1) suppositum
1) generatim, quod ex creatione officia quaedam oriuntur, explicatur.

A

autem

a) Ne nimis longe a scopo sit recedendum, tam existentia DEI hic supponitur, quam dependentia omnium,

autem istae intelligerentur: inter alia opera, animalia creavit, spiritu ratione praedito, organicoque corpore, perfecte pariter ac sapienter exornata, quae homines dici consueverunt. Hi quoniam substantiae sunt, actiones edunt *per def. subst.*) & quoniam nexus in rospicere possunt, cum eorum actionibus bona & mala, possunt connecti, per quae ad easdem determinantur, adeoque leges praescribi, cum vero actio legibus conformanda dicatur *officium*: hominibus immo & omnibus substantiis ratione gaudentibus ob creationem varia officia incumbunt.

§. II.

omnium, etiam minimorum entium ab eodem. Illa quidem satis superque a doctissimis viris copiosis satis argumentis fuit demonstrata, inter quos primus omnino locus FRANCISCO DE SALIGNAC DE LA MOTTE FENELON concedendus est, ob scriptum cui nomen dedit: *Demonstration de l'existence de DIEU tirée de la connoissance de la nature, & proportionnée à la faible intelligence des plus simples*, in linguam Belgicam, Anglicam atque a doctiss. IO. ALBERT. FABRICIO in Germanicam versum, Hamburgique 1714. editum. Huc etiam pertinent celeberrimi Angli, WILLIAM DERHAM *Astrotheologie & Physico Theologie*, ac IOANNIS RAY liber *de Existentia & sapientia diuina, manifestata in operibus creationis*. SAM. CLARCK *de Existentia & attributis diuinis &c.* Non exiguam quoque laudem consecutus est ISAAC. IAOVELOT in dissertationibus *de Existentia DEI* Hagae comitum cis 1700 XVII. editis. Aliqua etiam fundamenta cognoscendi propositionem, DEVM esse, assert. REN. CARTESIVS in *princip. philos.* P. I. §. 14. 18. 20. 21. 22. de quibus

§. II.

Postquam igitur infinitus DEVS in condito ^{2) speciatim quod ea sint.} mundo omnes suas perfectiones exhibuit (§. 1.) hominique eum in finem animam rationemque concessit (§. ead.): oportet

1) Vt homo diuina attributa cognoscere studeat, & cum actiones edere possit (§. cit.), ea actionum suarum motiua esse sinat. DEVS autem istud intendit, quare hanc legem obseruet per voluntatem DEI constitutam, vt nimirum actiones suas ob diuinas perfectiones suscipiat. Vt igitur qui ob cognititas alterius perfectiones agit, honorem & cultum eidem exhibet (*per defin.*); ita primum hominis officium est, summum NYMEN honorare. ^{a) cultus DEI.}

A 2

2) Præ-

quibus conf. SAM. WERENFELS in iudicio de argumento Cartesii pro exist. DEI petito ab eius idea it. Iudicii huius vindiciis. P. II. Diff. var. arg. nec non PET. DAN. HVET. in censura philos. Cartes. c. IV. p. 28. Ex Germanis hoc argumentum fusius pertractarunt B. IO. FRANG. EYDDEVS in thesibus de atheismo & superstitione, Cap. V. §. III. p. 373. seqq. & vener. D. IOACHIM LANGE in causa Dei & Religionis Tom. I. Sect. I. Membr. I. tractationis pag. 148. 274. Celeberr. CHR. WOLF in ratione praelectionum Cap. III. p. 154. & Metaph. §. 964. aliam demonstrandi existentiam DEI proposuit rationem, cuius vis ex principio rationis sufficientis petita est, quam vltius explicarunt doctiss. DN. STRAEHLER Diff. IV. de Existentia Dei & clariss. M. IACOB CARPOV. Diff. de principio rationis sufficient. Ienæ 1725 habita. Perillustris LEIBNITHI demonstratio vid. in Mondolog. §. 44. Plures auctores, qui ex

b) amor
fui ipsius

2) Præterea DEVS pro singulari benignitate ob quam optimus, sicut ob vim maximus a Romanis dictus fuit (b), cuilibet rei ab ipso productæ tantum tribuit beneficiorum, quantum modo capere potest (THVMIG, *Theol. nat.* §. 83.) quamobrem vult ut homo propria quoque commoda promoueat, intellectusque pariter, ac voluntatis, & corporis imo temporum quoque bona studiose quærat. In hoc ita-

ex structura manuum, cordis &c. idem probarunt a CARPOVIO l. c. allegantur. Dependenciam autem omnium rerum a DEO ex veteribus iam quosdam negasse, satis constat, & CICERO ridet, Lucillum cum sua secta DEI maiestatem deducere vsque ad apium, formicarumque perfectionem, Acad. Quæst. L. IV. §. 121. ac STRABO *Lampsacenus* negasse ibidem dicitur, opera Deorum se vti, ad fabricandum mundum, ac docuisse omnia esse effecta naturae. Recentioribus quoque temporibus idem somnium aliquibus placuit, contra quos varii argumentorum copias eduxerunt, IO. B. IOANNE FRANC. BVDDEO *Theſ. de Atbe. c. VI. §. IV. p. 475. seqq.* & a doctiss. ALB. FABRICIO in *delectu argumentorum & syllabo scriptorum, qui veritatem religionis Christi &c. adseruerunt* Hamburg 1725. Cap. XVI. pag. 93. diligenter recensiti. Huc quoque pertinet PETRI FRID. ARPE *Theatrum fari* Roterod. 1712. Omnia a DEO esse creata celeberr. CHRIST. WOLFF Met. §. 940 demonstravit, contra quæ varia monuit VIR summe Reuer. D. LANGIUS in *caussa DEI* Tom I. p. 506. seqq. conf. S. R. ZIMMERMANNI quem academia nostra sibi læta nunc vindicat Metaph. 343. fqq.

b) CICERO Orat. pro domo sua ad Pontif. §. 144.

itaque etiam legem sibi praescriptam inuenit, ex qua alterum oritur officium, de se ipso perficiendo.

3) Fautor autem DEI summus ad omnes omnino homines sese extendit (n. 2.). Cum igitur alter homo ^{c) auxili-} minum possit alterius commoda promouere, eique ^{um aliis præ-} cognitione atque opera sua prodesse (*conf. M. KOEHLER* *Instit. iur. nat.* §. 699.), ensque sapientissimum ^{standum.} vbicunque fieri potest naturalibus causis vtatur: (ZIMMERMANNI *Metaph.* §. 261.) haec quoque lex obseruanda est hominibus, vt de aliorum felicitate sint solliciti, quod tertium officium absoluit.

Ad nostrum aliorumque amorem hoc modo benignitas diuina nos obligat (n. 2. 3.), & cum hæc sit attributum diuinum (THVM. *Theol. nat.* §. 83.), ob perfectionem diuinam hæc officia possunt praestari, adeoque cultus in iisdem DEO exhiberi (n. 1.), quo fit, vt non solum hæc officia hominibus exsequenda sint, sed & ob diuinas perfectiones suscipienda. Eadem plane ratione reliquæ etiam creaturæ, ad colendum DEVM, se conseruandum, aliorumque felicitati prospiciendum per creationem sunt obligatae (§. I.) vid. S. R. ZIMMERM. *Metaph.* §. 338.

§. III.

Quamuis autem summam felicitatem homo ^{II) Forma} consequi posset, si hanc sanctam bonamque crea- ^{1) consistit} toris sui voluntatem perficeret accurate: imbecillitatem tamen maximam, quicquid in se deprehendit officiiis his erga DEVM, se ipsum, aliosque striete satisfaciendi (*per exper.*), & si vel suas aliorumque perfectiones quaerere videtur: neutiquam tamen nititur eo DEVM honorare. Saepius tanta vis est ^{in transgressionem legis,} sen-

sensualis cognitionis ut creatoris sui plane obliuiscatur, suam utilitatem gloriae diuinae praeferat, licet eiusdem obtinendae loco in multa mala se praecipitet; Aliis vero non solum non inferuit, sed & si eorum felicitas cum sua pugnet, eos laedit, afficitque iniuria. Tantam corruptionem inuasisse videmus, sentimus, lugemus. Contraria vero homini praescripta sunt officia (§. II.); quare homo actiones suscipit, quae officiis suis repugnant, legique praescriptae aduersantur, illa autem quae lex postulat omittit.

§. IV.

a) explicatur per definit. quae
a) proponitur.

Per neglectam attentionem ad legem, dominantemque sensualem cognitionem hoc modo fit ut lex, bona summa praescribens, ab anima etiam cui ratio perfecta donata est, violetur (KOEHL. *Ius Nat.* §. 536), oppositaque actio eliciatur. Priuatio consensus creaturae ratione praeditae cum lege peccatum dicitur quod etiam per neglectum officiorum posset definiri. Lex hic sistitur tamquam regula, ad quam actiones sunt conformandae, a qua duplici ratione disceditur, vel non attingendo, seu omittendo, vel transgrediendo, (§. III.) id est, actionem plane contrariam suscipiendo. Vtroque modo aliquid ab homine fit, quod cum lege non consentit. cf. EXC. 10. FRID. SCHNEIDER *Phil. Mor. P.I.* §. 15.

§. V.

b) ad hominem applicatur

Quod si iam reuocamus in memoriam hominum quemlibet officia sua negligere, atque a lege discedere (§. III.) simulque consideramus eum creaturam esse ratione ornatam (§. I.) non erit dissimulandum, eundem multiplicia subinde peccata praesertim

tim erga DEVM (§. II. 1.) tum etiam erga alios (*ibid.* n. 3.) seque ipsum (§. cit. 2. perpetrare.

§. VI.

Quod de peccatis generatim dictum est, ea III. Peccati
in discessu a lege atque officiis consistere (§. IV.), id effectus
de peccatis, quae ab hominibus admittuntur, eo- 1) genera-
dem modo est concedendum (§. V.). DEVS per has tim mala.
leges ob benignitatem suam intenderat hominum
felicitatem (§. II.), ideoque illa poterat his obseruatis
obtineri (§. III.); sed cum status per peccata introdu-
ctus contradicat perfecto illi statui, in quo homo
creatus est (§. I.) dissensus in vitam hominum est in-
troducitur, felicitatisque loco variae contractae sunt
imperfectiones. *Actio* quaeuis, quae imperfectiones
affert dicitur *mala*: quare peccata sunt actiones ma-
lae, cum quibus varia mala sunt coniuncta.

§. VII.

Inter haec praecipuum est, quod iustitia di- 2) Specia-
uina per peccata prouocetur, summique numinis tim
maiestas laedatur. Debeatur enim eidem cultus ab a) ratione
homine submissus (§. II. 1.), poteratque eundem iure DEI
suo postulare. Cum autem homo DEVM colere A) eius
nequeat, qui peccatis est inquinatus, imo cultum laesio
etiam hunc saepe omittat, contrariasque actiones
suscipiat (§. IV. & V.): DEVS grauissime laeditur a
peccatore. Insuper peccata sunt actiones malae (§.
VI.), statum introducunt, per quem manifestatio per-
fectionum diuinarum praesertim benignitatis impe-
ditur. Per iustitiam vero & sapientiam summum nu-
men

men ita agit cum hominibus prouti opera eorum requirunt (ZIMMERMANNI *Metaph.* §. 274.): quare peccanti homini non potest ulterius benignus esse. Agit igitur cum homine secundum sapientiam, quae quid bonum malumue sit, quid consentiat & non consentiat accurate repraesentat, difformitates autem tollit, restituitque conuenientiam. Aberratio autem a lege tolli non potest, nisi mala cum transgressione legis connexa (§. I.) infligantur: quae cum poenae dicantur: ^{a) poenae} sapientia diuina requirit, vt ^{b)} fini suo, obtinendae scil. gloriae, poenae hominum tanquam media subordinentur (ZIMMERM. *Metaph.* §. 279.), quamobrem homo propter peccata est a iusto suo iudice puniendus.

§. VIII.

b) ratione
hominum
a) mala
conscientia

b) magna
misericordia per
sempiternos
dolores, vi-
riumque ad

Se ipsum quando adspicit homo, & quae ori-
antur ex suis peccatis perpendit: per rationem in-
trospicere facile potest, ex actionibus suis prauis
non sequi nisi mala (§. I. VI.), DEVM laesum non
esse amplius clementem (§. VII. 1.), poenas autem mi-
nitari (§. VII. 2.), seque ipsum multas neglexisse per-
fectiones, & quia iisdem caret, esse valde imperfe-
ctum. Dum ita iudicat, actiones perpetratas ma-
las esse, conscientia mordens ei adscribitur, quare
1) homo conscientiam sibi per peccata contrahit
mordentem. Cum hac 2) combinata est magna ca-
lamitas. Sensus enim imperfectionum moestitiam pa-
rit, doloremque perpetuum, ac felicitatem omnem,
quae in statu durabilis gaudii consistit, impedit ac
turbat. Actiones legi finique DEI contrariae non
possunt

possunt prospere succedere cum sapientia eiusdem finem suum obtinere velit (*per princip. Theol. nat.*), malaque impediat. Et si accedit consideratio, infelicitatem hanc non solum per omne huius vitae spatium durare, sed & cum superstes post corporis mortem anima sit, in eoque statu, ut reminiscatur eorum, quae eidem antea contigerunt (c), homo ad desperabundas cogitationes potest facile perducī. Haec omnia sat luctuosa iam sunt. Praeter illa autem defectus virium ad agenda bona requisitarum in homine inuenitur, inde ortus, ex quo vnicum malum factum patranit. Cum vero DEVS eum perfecte creauerit (§. I.): eundem etiam sibi omnino debet imputare.

peragenda
bona defectu
se excrens.

B

§. IX.

c) De animae immortalitate demonstranda, varii eruditi fuere solliciti, qui varia quoque ratione eandem comprobauerunt. Praesertim laudem egregiam hic meretur vir, cuius & eruditionem miramur, & beneuolentiam pie colimus IO. IOACH. LANGIVS ob librum de *immortalitate animae humanae*, ubi dissert. I. ex animae natura deducit hominis hypostasim maxime in anima esse per se subsistente, eandem autem corpori post mortem superstitem esse cf. I. c. *propof.* VI. & VII. p. 11. 12. Dissert. II. aliunde delumit argumenta, ex DEI intentione, prouidentia iustitia, absurditate ac periculo contrariae sentent. &c. Dissert. III. & IV. obiectiones remouet, ubi controuersias inter DAN. SENERTVM philosophum & medicum Witteb. & IO. FREYTAG Prof. Medicinae Groeningensem p. 55 62. pertractat. Dissert. V. inde principia philosophiae moralis & natur. theol. derivat. Praeter hunc commendandus etiam est celebris LVDOVICVS PHILIPPVS THVMIG, qui tum in *dissert.*

§. IX.

B)
EXPIATIO.
NIS.
1) Funda-
mentum.

Hac ratione de statu suo reflectens perdita ani-
ma ob rationem perspicit (§. I.), haec cum peccatis
fuisse connexa, d) atque ex tam mala radice non nisi
nocuias herbas propullulare (§. V. VI.); cum vero
illa quae imperfectionem afferunt non possit velle,
sed vi naturae suae potius auerfetur (*per defin. volunt.*):
eo inducitur, vt serio nolit se peccata perpetrasse,
DEI iustitiam contra se prouocasse, benignitateque
sua fecisse indignam (§. VII.) Curat praeterea, vt ex
angore suo liberetur, pristinumque statum, in quo
perfecta erat, recuperetur. cf. LA PLACETTE *Mor. Chres.*
Tom. I. Trait. I. P. II. Chap. IV. V. VII.

§. X.

ser. pec. tum in *Philosophiae institut.* Parte I. p. 128.
euincit, destructo corpore, animae distinctas super-
esse cogitationes. ARISTOTELIS sententiam de hoc
argumento multi olim inuestigare annisi sunt, qui a
LVD. DE LA CERDA in *annot. ad cap. II.* TERTULLIANI
de resurrectione carnis recensentur. Sanius autem
fecissent, sive veritate hac eruenda curauissent,
prouti MALEBRANCHE *de inquirenda veritate* L. II. Cap.
VI. p. 207. egregie monet.

d) Praeclare sane vir Exc. IO. FRIDEM. SCHNEIDER quem
& ob eruditionem & ob fauorem erga nos venera-
mur, in *fundamentis Philosophiae Moralis* P. II.
cap. XIX. §. XIII. p. 545. tam effectus peccati expo-
nit, annotans, ex delicto culpa intercedente oriri
maculam, offensam ac reatum, quam etiam modos
ea tollendi, primum scil. per poenitentiam, alte-
rum per satisfactionem seu restitutionem damni, ter-
tium publica satisfactione, quae vel per poenam fit,
vel per veniam accedentem.

§. X.

Medium igitur huic fini subordinari non potest aliud, quam si efficitur, vt peccata tanquam non perpetrata considerentur, omnesque imperfectiones exinde ortae (§. VII. VIII.) tollantur. Actio eiusmodi per quam fit, vt existens aliquid recadat in statum merae possibilitatis, ampliusque non existat, *annihilatio* vocatur, quae vel physica est, quae re ipsa fit, vel moralis, qua quid consideratur tanquam non existens. Speciatim annihilationi peccatorum, nomen inditur *expiationis*, potissimum si ad violatam iustitiam diuinam referatur.

II. Natura explicata
1) per Definitionem.

§. XI.

Per expiationem igitur annihilanda sunt peccata (§. X.), & quoniam ad hoc requiritur, vt ea, quae exstiterunt non existant amplius (§. ead.): per eandem non solum mala ex legis violatione orta, sed & ipsa peccata sunt remouenda (§. IX). Quare quinque sunt expiationis requisita. Nam quoniam DEVS per peccata impeditur, quo minus hominibus possit esse benignus (§. VII. 1.), expiationis vero est effectus peccatorum tollere (§. X.):

2) per characteres propósitos, ubi docetur
a) quoniam illi sunt;

1) id efficere debet, vt DEVS non amplius impediatur, mortalibus benignus esse. Porro diuina iustitia non potest nisi peccata punire (§. VII. 2.), hoc ergo expiationi praestandum est (§. X.), vt

2) merita ab homine poenae aboleantur penitus. Quousque homo autem rationem retinet, eo vsque mala sua facta non nisi mala iudicare potest, mordeturque a conscientia (§. VIII. 1.), annihilatio autem tollit & peccata & eorum effectus (§. X.): quare

3) conscientiae morsus sanat, restituitque ei tranquillitatem. Pari modo moror desperabundae-

que cogitationes malam conscientiam comitantur, & variae actiones prospere non succedentes, hanc vitam taediosam reddunt, metus autem futuram sistit infelicissimam atque horrendam (§. VIII. 2.) Quod si vero ista omnia expiatione remouentur (§. X.).

4) moeror & desperatio cum durabili gaudio permittentur oportet. Lex denique semel violata non permittebat, ut actio vlla ei posset esse conformis, (§. IV. 1. 2.), unde virium bona peragendi defectus oriebatur. §. XIX. fin. Quamprimum vero causae istae cessant per factam annihilationem: bonas actiones edere potest, homo adeoque

5) vires per expiationem restituuntur, legi conformiter viuendi, dominio peccatorum sublato.

§. XII.

Hi characteres ex idea atque essentia expiationis sunt deducti (§. X. XI.), quam ob rem nulla genuina est peccatorum expiatio, nisi cui requisita tradita omnia conueniunt.

§. XIII.

III. Neces-
sitas.

Cum homo velit ut ab imperfectionibus per peccata contractis, ipsoque peccato, continuo mala secum ferente liberetur (§. IX.): illud vero fieri non possit nisi per expiationem (§. X.); medium hoc etiam velit oportet ad finem suum obtinendum necessarium. Nulla autem annihilatio peccatorum genuina est, nisi quæ characteres habet propositos (§. XII.): quare eiusmodi expiatio procuranda est, per quam & peccata ipsa, & omnia quae inde sequuntur auferantur. LAPLAC. *Morale Cbretienne* l. c. c. XIX. p. 249.

§. XIV.

IV. Modus
annihilatio

1) ab homi-
ne facta

Haec probe perpendens homo, ad se potissimum attendit, quid vires hic valeant. Videt annihilationem

hilanda esse peccata (§. XIII.) atque id quidem vel
 physice vel moraliter (§. X.) Ad physicam quidem requi-
 reretur, vt facta fierent non facta: tum demum pec-
 cata ex statu actualitatis in non existentium nu-
 merum peruenirent (§. XI.) Sed quousque impos-
 sibile erit idem simul esse & non esse (*per proprium con-*
tradiet.) eousque fieri non poterit, vt quod fuit exi-
 stens, sit illud, quod non existit, atque vt actio
 non sit actio. Peccatum insuper factum est in mun-
 do, vbi nexus deprehenditur, adeoque consequen-
 tia multa cum eo sunt connexa. Hunc vero nexum
 nec tollere nec mutare homo potest. Nullo itaque
 modo factum physice annihilabitur, sed manebit
 & in se contradictorium, & humanis viribus eo mi-
 nus efficietur.

a) physica
exponitur.

sed nihil effi-
cere docetur.

§. XV.

De morali igitur annihilatione cogitandum
 est, (§. XIII. XIV.) qua fiat, vt & a DEO, & ab
 ipso homine crimina commissa ne tentata qui-
 dem, nedum patrata videantur (§. X.) Ad duo hic
 confugere solent philosophi quorum alterum *obliuio*
 est, atque elisio recordationis pristinae vitae, alte-
 rum *philosophica poenitentia*, e) cordisque purgatio,
 qui metaphoricus terminus detestationem facto-
 rum seriumque propositum denotat, ea non amplius
 perpetrandi. f) De vtraque hac ratione nunc est
 paullo

b) moralis
quotuplex.

B 3

e) De purgationibus gentil. vid. LAERT. lib. 28. segm. 33. PLA-
 TO Op. T. I. p. 76. Disp. cl. RIVINI de reuelat. diuina. §. XI.
 f) Poenitentiae Philosophicae naturam & quae ean-
 dem comitantur doctissime proponit, supra quidem,
 nondum autem pro merito laudatus Excell. IO. FRI-
 DEM.

paullo accuratius agendum, earumque quaelibet cum expiationis characteribus conferenda.

§. XVI.

(a) Oblivio, quae irrita est.

Priori quidem multa effici, ne quis credat: quid supponat est examinandum. Fingitur hic, annihilationem physicam aliquam repraesentationis peccatorum antea peractorum, nullam inuoluere contradictionem, cuius contrarium supra fuit demonstratum (§. XIV.). Fingitur coactum ab aliquo facto fuisse hominem. ut improba susciperet, cum tamen a creatore libertatem rationemque obtinuerit (§. I.), fatalis autem necessitas sit absurda (ZIMMERM. *Metaph.* §. 456.). Fingitur moerorem ita desinere eique tranquillam succedere felicitatem, cum tamen per imaginationem pristinum factum facile reducat in memoriam (celeb. IO. PET. REVSCHII *via ad perfect. intellectus* cap. IV. §. 61.). Praeterea cum oblivione DEI iustitia non tollatur, adeoque ea ad benignitatem non commoveatur, poenae non aboleantur, conscientia non tam sedetur, quam ad aliquod tempus consopiat, felicitas, gaudiumque durabile non restituitur, vires denique non acquirantur in posterum melius vivendi (§. XV. VII. VIII.), haec autem ad veram expiationem requirantur (§. XI. XII.): per oblivionem scelerum suppressionemque recordationum peccata non expiantur (§. XV.).

§. XVII.

DEM. SCHNEIDER in *Fundam. Philos. Mor. P. II. cap. X. §. I. II. VII.* ubi seriam raro sine lacrymis esse probat, quamvis inde verae tristitiae sensum deduci non posse fateatur. Contrarium asserit Excell. IO. LAVR. FLEISCH. in I. N.

§. XVII.

Progrediendum est ad philosophicam poenitentiam. Dolendum hic potissimum, tot miseros ^{b) poenit. philos.} suam non agnoscere infirmitatem, sed huius blanditiae deceptos viribus suis confidere, se ita infinitum numen atrocissime laesum esse placaturos. Consistit illa in factorum turpium detestatione, serioque emendationis proposito (xv): sed si vel id efficeret, ut Deus miseretur hominum, nolentium se ita peccasse: omni tamen eius benignitate frui non possunt, nisi ^{nihil efficit.} poenas promeritas sustinuerint, ademptus DEO honor sit restitutus, laesioque DEO facta per indebitum aliquod sit resarcita (§. xi. xii.). Tanta iustitia divina postulat. Quod si autem homo conuictus esse non potest, DEVM sibi benignum iterum esse: nec conscientiae morsus possunt sanari, cum illa non nisi mala ab irato numine expectet (§. viii. 1.), nec moeror cum desperabundis cogitationibus tolletur, sed augebitur potius, dum anima non videt quomodo ex miseria elabatur, aeternum duratura (§. viii. 2.). Ita felicitati oppositus plane status in hominem cadit, & virium loco ad bona peragenda legique conformiter agendum necessariorum, in istam calamitatem magis magisque ruit. Id ergo potius per seriam philosophicam poenitentiam g) obtineretur, ut miseria augeatur, desperatio fiat maior, atque homo his temporibus

g) In philosoph. poenitentia deest intensus dolor, qui ducat ad desperationem, si poenitentes non omnia agnoscunt peccata, opinione perfectionis suae impediti, prouti monet vir Excell. IO. FRIDEM. SCHNEIDER libr. cit. P. II. C. XIX. §. XIII.

poribus circumscriptus, ne vti quidem possit ratione ob vehementiam affectuum cum isto statu coniunctorum (§. VIII.). h) conf. LA PLACETT *Morale Chret. Chap. VII. tom. I. P. 1. p. 41.*

§. XIII.

Dub. 1. soluitur.

Excessui poenitentis fortasse quis eximiam illam tristitiam, desperabundasque cogitationes (§. XVII.) tribuet, eisdemque locum non statuet relinquendum: verum cum solida omnium malefactorum agnitio, miseriarumque inde ortarum, indignationis praesertim irati NUMINIS, aeternarumque poenatum promeritarum repraesentatio summas listat imperfectiones (§. VI. VII.): earumque intuitiva cognitio sensum inducat imperfectionum (CARTES Ep. P. I.) cum eiusmodi affectibus combinatum, homo vero in se illa mala deprehendat (§. VIII. IX.): fieri aliter non potest, quam ut poenitens vel desperet, vel desperationi proximus sit, nisi falso quodam solamine sese erigat, aut conscientiae morsus supprimat, quorum neutrum eundem reddit felicior.

§. XIX.

Dub. 2. remouetur.

Aliis vero DEVS nimium crudelis videbitur, si lugenti peccatori non statim remittit omnia, cum

h) Fusius de philosoph. poenit. agit Academiae nostrae ornamentum excellentiss. IO. LAYR. FLEISCHER Instit. Iur. N. & G. L. I. C. VI. p. 189. sq. ubi per eandem restitutionem aliquam fieri posse asserit, ut honesti regulae possint in posterum obseruari, quibus plura Cap. VII. §. 1-13. addit, quae si de stultitiae ciuilis emendatione capienda sunt, aliquo modo locum habent; internam autem animae quietem per ista media restitui, vi anteced. asseri non potest.

nihil aliud sit in hominis potestate, quo placare possit iratum numen: verum egregie iam resolutum hocce dubium est in Dissert. sub praesidio clar. RIVINI de *revelatione div.* habita: nimirum cum DEVS sufficientes vires homini concefferit, legem implendi, eiusque rigori satisfaciendi, vt adeo hac ratione felicitatem omnimode obtinere potuerit (§. i. III.): potest etiam postulare, vt plene adimpleat homo cuncta praecepta, illisque violatis poenas aeternas infligere. Ob sapientiam igitur DEVS ita benignus esse nequit creaturae, vt eam ab omni statim malo liberet, sed commoueri tantum potest, vt si annihilatio quaedam fieri potest, etiam extra hominum vires posita, eandem accipiat benigne. Huc pertinet B. MVSÆI dissert. de quaestione *an gentiles absque fide per extraord. Dei gratiam, ad salutem aeternam pertingere, aut minimum ignis aeterni supplicium detrinari possint*, quam STEPH. GVRCELLÆO opposuit.

§. XX.

Nihil igitur plane in se deprehendit homo, quo sua possit expiare peccata (§. XIV-XIX.). Quod si aliorum hominum auxilium expectat: istos eodem malo laborare deprehendit, secumque si modo sentiant suas legis transgressionem, idem plane exoptare. Et quamuis DEVM laeserit, eiusdemque seuerum iudicium sit promeritus (§. VII. 2.): dispiciet tamen ob expertam eiusdem in creatione & conseruatione benignitatem, num in eo salus aliqua possit reperiri. Disquirendum igitur est an DEVS annihilationem peccatorum aliquam efficere possit, atque etiam si potest, an velit: tunc demum sibi peccator

C

pro-

2) A DEO
suscepta.

promittere potest, certo futurum, vt a calamitate sua liberetur. Duplicem autem annihilationem esse physicam & moralem supra fuit adductum (§. x.): quare si DEVS peccata potest annihilare id alterutra fiet ratione.

§. XXI.

a) physica
locum non
habet

De physica quidem demonstratum est, eandem cum contradictionis principio pugnare (§. xiv). Cum vero omnipotentia diuina sese tantum ad possibilitatem productionem extendat, absurdum vero existentiam largiri non possit (*per principia Theol. nat.*): physice peccata nec ab ipso summo numine possunt annihilari, neque hominis status ita mutari, vt pristinae simul restituantur perfectiones.

§. XXII.

b) moralis
duplex.

Sed fortasse moralis annihilatio locum habebit. Huius iterum vt apud hominem duae species sunt constituendae, quarum altera consistit in obliuione omnimoda eorum, quae patrata sunt ab homine, adeo vt status imperfectus pro perfecto reputetur, quae quoniam ex gratia diuina proficiscitur, *aggratiatio* vocatur; altera est si ob perpetratas ab aliquo poenas peccata tanquam non facta considerantur, quae *satisfactionis*, (i) nomen fert. Qui ergo ex his annihilationis modis locum habere queat, est examinandum.

§. XXIII.

(i) Integrum librum conscripsit vir immortalis gloriae HUGO GROTIUS huc spectantem, sub nomine *Defensionis fidei cathol. de falsis. aduersus Faussum Socinum*, de quo RIVARVS fatetur, Epist. VIII. Cent. I. p. 59.), neminem eo eruditius contra Socinum scripsisse, sed

CREL-

§. XXIII.

Aggratiationem requirere, vt DEVS peccatorum ex mera gratia obliuiscatur, imperfectumque statum pro perfecto reputet, satis est manifestum. (S. XXII). In DEO, haec operationes benignitatis supponit, antequam culpa pariter ac poena peccatorum sunt sublata (*per def. gratiae*): iustitia autem diuina postulat, vt benignus DEVS non sit illi, qui per legis violationes poenas sibi cumulauit (S. VII. I.): quare non fieri potest, vt hac ratione DEVS peccata condonet; sed quamdiu decretum Dei de puniendo malo quouis immutatum manet, semper autem manet (*per propria Theol. nat.*): tandiu hac ratione peccatae non expiantur (S. X.) Obstare autem omnino videtur, homini afflicto per poenitentiam, DEVM addere non posse afflictionem, adeoque si haec duo combinentur poenitentia scilicet & aggratiatio: hac ratione restitui posse deperditam felicitatem. Ponderosum sane est hoc dubium, & species, quam prae se fert exigua non est: euanesceat autem, si illam poenitentiam

per obliuionem fieri non potest.

C 2

CRELLIUM eum inuenisse, qui *Responsionem ad librum Grotii* opposuit insertam *Bibliothecae fratrum Polonorum*. Huic vero Grotius pro refutatione persoluit gratias in epist. ad Crellium data conf. PAVLVS COLOMESIUS dans la *Biblioth. choisie* p. 167. Praeterito anno Theologus vndiquaque celebris, D. IOACH. LANGIVS, hunc Grotii librum recudi curauit, annexa *Dippelii* refutatione, cui olim iam in der richtigen Mittelstrasse P. III se opposuit, plura libro quem auidi docti expectant, cui nomen fecit *Mosaisches Licht und Recht* additurus.

nitentiam non omnia expiationis requisita habere perpendimus [§. xvii.], nisi hanc aggratiationem supponat [§. xix.]; sed quoniam haec attributis diuinis contradicit [per anteced.], DEVS autem sibi ipsi repugnare non potest [ob immutabilit.]: suppositum est falsum, & solamen inde ortum imaginarium plane atque inane. Recentioribus quibusdam Iudaeis haec sententia valde displicet, qui vt ne christianorum Mesiam pro vero habere cogantur, a suo non expectant nisi externam liberationem, DEVMque ob factorum malorum detestationem, meliusque viuendi propositum peccata condonare asserunt. Sed quoniam ex rationis principiis refutari nolunt, auctoritate veterum in IALKUT P. II. fol. 56. col. 3. terreri possunt, vbi DEVS introducit, Mesiae praedicens: הללו שגנתיכם אצל עונותיהם עתידים להכניסוך בעול כדל - - ומשנקן את רוחך בעול ובעונותיהם של אלן כדל - - עתיד לשונך להרבך בחכך: *Isti homines quorum iniquitates apud te reconditae sunt, te mittent sub iugum ferreum - - imo propter iniquitates eorum futurum est, ut lingua tua palato adhaereat tuo.* Cui post aliqua interiecta respondet Mesias: בגילת לבי ובשמחת לבי אני מקבל עליך *Cum gaudio & laetitia postulata in me recipio, ita nempe ut ne vnus ex Israele pereat &c.* Locum hunc cum subsequentibus latine adducit ven. praeceptor D. 10. HENR. MICHAELIS in bibliis Ebraicis annot. ad Ies. XLIX. 6. not. p).

§. XXIV.

Quodsi ad satisfactionem accedimus: illa perpeffas ab aliquo poenas includit, (§. XXII.) per quas iustitia diuina ita placatur, vt a peccatoribus nihil queat postulare: sed restituto honore olim adempto, laesio

a) per satisfactionem
quae
(1) omnia
habet requisita.

laesio illa potest spectari quasi facta non esset. Ha-
 bet itaque omnia genuinae expiationis attributa.
 Nam cum per inflictas poenas deleta sint mala facta
 [Zimmerm. Met. §. 859.]: DEVS benignitatem suam
 ab improbitate hominum impeditam (§. VII. 1.), pro-
 pter satisfactionem potest hominibus conferre (§. XI. 1.)
 2) Poenae abolentur seu locum amplius non ha-
 bent, si quis eas sustinuit: cum vero satisfactio hoc
 praestet, vt poenae infligantur (§. XXII.): hac ratione
 abolentur. 3) Cum poenae amplius non sint metu-
 endae, DEVS vero denuo beneficia humano generi
 conferat [n. 1. 2.]: non potest non homo iudicare, fa-
 cta sua iam nihil mali sibi afferre, adeoque conscien-
 tia mordens ex repraesentatione imperfectionum
 orta [§. VIII. 1.], plane tollitur, quod dum fit, morsus sa-
 nantur tranquillitasque pristina instauratur (§. XI. 3.).
 4) Tristitia hominis non expiati oriebatur ex sensu im-
 perfectionum, poenarumque consecutarum (§. VIII. 2.).
 Per satisfactionem autem poenae pariter atque imper-
 fectiones remouentur e medio [n. 2.], quare tristitia cum
 desperabundis cogitationibus fugit, magna autem
 bona, quibus summum numen reconciliatos sibi mor-
 tales afficit, sensum perfectionum inducunt: ex quo
gaudium oritur [CARTES. Ep. P. I.]; hoc vero DEO
 continuo benigno existente [n. 1.] conscientia autem
 sanata (n. 3.) non potest turbari: quare perdurat. Et
 cum status gaudii durabilis *felicitas* dicatur: ista hoc
 modo erigitur. Denique 5) corrumpebantur vires
 per patrationem actionum malarum (§. VIII. fin.): at-
 que vna commissa, non poterat lex sancta & rigoro-
 sa impleri (§. II.). Cum vero vi demonstratorum,
 per satisfactionem id efficiatur, vt crimina deleantur

D

tur

XIXX 2

tur, plane [n. 3.] non influere poterunt in subsequen-
tem vitam. Adeo feliciter omnia quae perdiderat
homo per satisfactionem restituuntur.

§. XXV.

B) prae-
standa est.
(a) patien-
do.

Hac itaque expiatione annihilanda sunt ho-
minum peccata, priorque status est reducendus.
[§. xxiv.]. Quod si vero homo aeternam sustineret ca-
lamitatem [§. viii.], poenas promeritas quidem per-
ferret [§. vii. 2.]: eo ipso autem felix non fieret
[§. xxiv. 4.], neque aliorum etiam saluti posset pro-
desse. Ipse igitur praestare non potest illam satisfa-
ctionem [§. xxii.]. Sed superest ut ens aliud inno-
cens, & quod poenas istas promeritum non est,
poenas in se suscipiat, ac eo dissensum introductum
[§. v.] tollat, quod ad homines possit suas perpes-
siones transferre.

§. XXVI.

(b) aliquid
pro merendo

Hanc satisfactionem qui praestare vult, per eandem
conciliare debet hominibus diuinum fauorem, ob suas
actiones poenarumque perpeffiones (§. XXV.). Plus igitur
agere debet, quam tenetur, quo fit ut aliquid apud DEVM
mereatur, siquidem *meritum* stricte ita dictum est consecuta-
rium actionum, quibus legibus ultra praescripti mensuram
satisfactum est (Köehl I. N. §. 49). Is igitur, qui aliquid
meretur apud DEVM, actiones quibus id fit, plane DEO
debere nequit, ad illasque nulla lege obligatus fit oportet.

§. XXVII.

peccatis pro-
portiona-
tum.

Cum vero non solum per poenas aliquid mereri
debeat patiens, sed & peccata priora delere (§. XXV.): me-
ritum istud peccatis debet esse proportionatum. Tot au-
tem & tanta sunt mortalium scelera, ut non semel, sed
in infinitis vicibus intensissimos aeternos dolores sint pro-
meriti (§. III. VIII. 2); ex quo magnitudo poenarum ex-
piatori sustinendarum clarissime elucescit.

§. XXIX.

§. XXIX.

Quemadmodum autem homo felicitatem sibi parere non potest, infinitas poenas perferendo (§. XXV.), ^{(c) non a creatura} multo minus aliquid praestare, quod DEO nondum debeat (§. II.), aut quo cumulus peccatorum annihiletur (§. XII. XVII. XX.): ita nec vlla creatura quidquam suscipere potest, ad quod per concessas sibi in creatione vires non obligetur (§. I. II.). Quamobrem si vel quis homo sanctissime viueret, peccatisque irretitus non esset: praestare tamen aliud neutiquam poterit, quod lex diuina ab eo non requirat, adeoque nihil plane meretur (§. XXVI.). Et finge etiam posse eundem perpeti pro sociorum miseria: debet tamen hoc iam ob amorem, mutuumque adiutorium suo generi (§. II. 3.); ac praeterea exigua illa erunt, quae perferre poterit, cum vix vnius hominis peccata adeo expiarentur, si vel aeternas poenas sustineret (§. VIII. 2.); quod vero cum fini suo contrarium sit, qui passionem propriam felicitatem tollentes sempiternas non admittit (§. II. 2.): creatura nulla satisfactionem potest praestare (§. XXII. XXIV.).

§. XXIX.

Ex philosophicis principiis hae veritates huc vsque sunt deductae, quare tantum de peccatorum expiatione lumen rationis nobis manifestat. Sed haec plane non ^{d) a quo, ignorat philosophia,} aut difficulter cognoscemus, nisi alio modo nobis innotuissent. Neque omnium hominum negotium est, eiusmodi excogitare, aliosque de veritate suarum propositionum conuincere, neque etiam omnium est, tam profunda introspicere, quippe quae rudiorum potissimum caput excedunt. Et si vel cognoscerentur, nemo tamen bearetur, si vel certissime sciret, posse quidem peccata sua per satisfactionem expiari, sed neque se, neque aliam creaturam tantae rei praestandae sufficere. Accedit autem illud, quod eiusdem homo etiam parriceps fieri debeat, per nexum aliquem, qui inter peccatorem & satisfactorem

e) appli-
canda est.

factorem intercedit, quod *applicatio satisfactionis* dicitur. Rationi humanae, praeter absolutam modi restitutionis notitiam, applicationis media quoque sunt incognita, (conf. B. MVSÆI *Dissert. de luminis nat. in sufficientia ad salutem*, vbi EDVARD. HERBERT de CHERBVRY profligauit,) quae si ad miseriam ex peccatis ortam (§. VII. VIII.) accedunt, eandem augent, hominemque in maiorem luctum praecipitant, liberationis vero desiderium magis excitant magisque (§. IX).

§. XXX.

d) ab ipso
DEO inueni-
enda,

Misericors autem numen hanc indignationem in homine contra sua peccata, defectum virium se ipsum eripiendi, desiderium vero felicitatis anxium pariter ac ferum deprehendens, non potest non eo commoueri, vt de salutis mediis, quibus humanum genus restitui possit, ipse prospiciat. Conferre vult cuique creaturae tot bona, quod modo capere potest, per sapientiam vero probe scit, quid hominis augeat felicitatem. Omnes fines sibi repraesentat, media omnia accurate cognoscit. Non desunt etiam vires, possibilibus quae modo vult existentiam largiendi (*per princip. Theolog. natur.*). Cum igitur homines etiam velit esse beatos (§. II.); nulum superest dubium, eundem, quoniam per satisfactionem a malis liberare possunt (§. XXIV.), illam procurasse non tantum, sed & applicationis media hominibus ostendere clementissime decreuisse (§. XXIX.).

§. XXXI.

& manife-
standa.

Haec cum ita sint: defectui naturalis cognitionis benignus DEVS subueniat oportet (§. XXIX.), & prouti cuius creaturae adeoque cuius homini (§. I.) conferre vult omnes, quas capere potest perfectiones: vniuerso humano generi & modum peccata expiandi, quem ipse inuenit, & qua ratione iste applicari queat, manifestat, eis autem potissimum, qui eandem in conscientiae anxietate ardentem exoptant.

D. S. G.